



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

34 Ordinatus non potest patrimonij, beneficij, pensionisvè titulum, ad quem fuit ordinatus, renunciare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

interdicti possunt, capit. 3, eadem sessione.

28 † Quando autem suspensio ipso iure incurritur, ministrans in ordine, aut celebrans efficitur irregularis, cap. 1. fin. de sentent. excommunic. in 6. Abb. in cap. si celebrat, num. 4. vers. susp. insus majori, de cler. excommunic. ministr. Felyn. in cap. Apostolic. num. 16. insin. vers. & scias, de except. & Tolet. in instr. Sacerd. cap. 45. sub numer. 2.

29 Quartò, † qui se ingerit in multitudine ordinandorum, ut ab Episcopo pluribus præoccupato sine examine ordinetur, ordines furtivè suscipiendo, ut per gloss. in cap. 1. in verb. furtivè, de eos qui furt. ord. suscip. & ibi Abb. in rubr. & in cap. 1. numer. 1. & cap. Lugdunen. 9. question. 2. pœnam excommunicationis, quæ regulariter auctoritate ordinaria ante ordinacionem intimatur, & promulgatur, incurrit, de qua in eodem capit. 1. & Abb. numer. 4.

30 Quintò, † cum præpostorè quis ordinatur puta ad diaconatum, priusquam esset subdiaconus, quia, licet character imprimatur, cap. un. & ibi gloss. in ver. mini-
31 strare, de cleric. persalt. promot. † tamen est ei interdicenda administratio, donec ad priorem ordinem, quem non suscepit, promoveatur, cap. solicitude, 56. distinct. Et taliter promotus in præpostorato ordine ministrans scienter, incidit in pœnam tituli de cler. non ordin. ministr. & non pos- test cum eo, nisi per Sedem Apostolicam, dispensari, Hostien. in sum. de cler. persalt. prom. §. ult. in fin. & Navar. in cap. 27. nu.
242. tom. 3.

32 Sextò, † per promotionem à simoniace, quo casu promotus, licet recipiat ordinem, non recipit tamen illius execu-

tionem, Hostiens. in summ. de temp. ord. §. & à quo, numer. 6. & 7. vers. quid. signo- rem. Eandemque pœnam incurrit, qui simoniace ordinatur, ut est text. in c. 2. §. 1. in fin. in extravag. com. de simo. & Graff. decisi. aur. cap. 98. num. 5. par. 1. lib. 2. ubi per illam extravag. post Navar. cap. 23. num. 111. vers. quarto, & quinto, lib. 3. tenent, quod simoniace promotus est excommuni- catus.

33 Septimò, † qui, cum patrimonium non haberet: factè, non autem realiter, à pa- rente, vel amico, patrimonium sibi ob- tinuit assignari, ut ad subdiaconatus ordi- nema posset promoveri, & est ipso jure sus- pensus, nec ad superiores ascendere po- test, nisi secum fuerit dispensatum, cap. per- petuas. num. 5. Nemo enim potest ad ordi- nes sacros promoveri, nisi beneficium ec- clesiasticum, aut patrimonium, vel penso- nem habeat redditus competentis, eo- rum ex quibus fructibus commodè vivere po- sit, c. Episcopus, c. tuis de prab. & dign. c. sanctorum, 70. dist. c. si Episcopus de prab. in 6. & concil. Tridentin. in cap. 2. de reform. sess. 12. titulus autem hujus patrimonij debet esse verus, cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut ordi- dum aliquem quæstum exercere: compre- tumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu ad- mitti, qui variis artibus, ac fallacis con- fingunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere. Unde statuit sancta synodus, † ne quis deinceps clericus secularis, quamvis alijs sit idoneus moribus, & scientia, & ætate, ad sacros ordines promoteatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod

quod sibi ad victimum honestè sufficiat, pacificè possidere: id verò beneficium regnare non possit, non espresso, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde commodè vivere possit: & aliter facta resignatio nulla sit, patrimonium verò, vel pensiones obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiastarum suarum: eo quoque prius perspective, † patrimonium illud, vel pensionem aut beneficium verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum canonum penas in his innovando, conc. Trid. c. 2. de reform. sess. 21.

Octavo, † promotus ab excommunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspenso, vel interdicto, recipit ordinem; quia tales conferunt sacramenta, & verum corpus conficiunt, dummodo in forma Ecclesiæ agant, quod agunt, cap. secundum, 19. distinct. c. Dominus declaravit, §. 41 memento, 1. quæst. 1. c. ostenditur, & c. quomodo, §. cur. heretici de consecr. dist. 4 gl. in c. 2. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc. Sed est suspensa executio, c. si qui à simonia, & ibi gloss. in ver. si qui, 1. quæst. 1. Hostiens. in sum. de temp. ord. §. & à quo, n. 6. Abb. in 42 d. c. 2. n. 1. & 3. de ord. ab. Episc. qui resign. Episc. & Innoc. in c. fraternitatis nu. 4. de hæret.

38. † Et si scilicet à simonia, schismatico, hæretico, vel suspenso sit promotus, solus Papa potest dispensare, si verè igno-

ranter, poterit Episcopus; dummodo ipse non sit prædictis censuris illaqueatus; cum super proprio defectu dispensare nos possit. Angel. in sum. in verb. irregularitatæ, vers. 3. incipien. septimè queritur.

39 Nondū, † qui fuit promotus ab eo, qui renunciaverat Episcopatum, qui executionem ordinis non habebat, cap. 1. de ord. ab Episc. qui resign. Episc. Et si scienter suscepit ordines ab eo, qui cum Episcopatu dignitatem renunciavit, est suspensus, nec potest ab alio, quam à Papa, lecum dispensari, si verè ignoranter, poterit Ordinarius suus cum ipso dispensare, ut in dict. cap. & ibi Abb. num. 6. Burg. de irreg. in rubr. de ord. ab Episc. qui renunt. Episc. par. 6. nu. 6. & 7.

Decimò, † illegitimus, qui sacris ordinibus ordinari prohibetur, cap. 1. & 2. 56. distinct. cap. 1. de fil. presb. & ibi Abb. num. 1. & concil. Tridentin. capit. 5. sess. 23. de reformat. quia est irregularis, Navar. de irreg. capit. 27. num. 20. 1. tom. 3. Ordinarius enim, licet recipiat characterem, non tamen habet ordinis executionem, ut cap. fin, 56. distinct. Diaz. in pract. crimin. cap. 14. in fin.

41 Undecimò, † bigamus, qui ad ordines promoveri non potest, cap. curandum, &c. si quis viduam, il. 1. cum seq. 34. distinct. & c. 1. 2. & 3. de big. quia bigamia inducit irregularitatem, Graff. decis. aur. o. 27. n. 58. par. 1. lib. 4.

42 Duodecimò, † illitteratus, cap. præcipimus, 32. distinct. cap. 1. & cap. pœnitentes, 55. distinct. c. illitteratos, 36. distinct. c. fin. de empt. ord. in 6. & conc. Trid. c. 4. II. & c. 13. ead. sess. 23. Et illitteratura adeò reddit promotionem indignum, ne possit beneficium

Y y 2 obtine